

- 4 set, creditum est vivum eum caelo assumptum. Idem-
que tamen post ab Ascanio et quibusdam aliis visus
affirmatur super Numici ripam eo habitu armisque,
quibus in proelium processerat. Quae res immortalitatis
eius famam confirmavit. Itaque illi eo loco tem- 5
plum consecratum appellarique placuit *Patrem indige-*
5 *tem*. Dein filius eius Ascanius, idem qui Euryleo,
omnium Latinorum iudicio rex appellatus est.
- 15 Igitur summam imperii Latinorum adeptus Asca-
nius cum continuis proeliis Mezentium persequi insti- 10
tuisset, filius eius Lausus collem Laviniae arcis occu-
pavit. Cumque id oppidum circumfusus omnibus copiis
regis teneretur, Latini legatos ad Mezentium miserunt
□ sciscitatum, qua condicione in deditioem eos accipere
2 vellet; cumque ille inter alia onerosa illud quoque 15
□ adiceret, ut omne vinum agri Latini aliquot annis
sibi inferretur, consilio atque auctoritate Ascanii pla-
cuit ob libertatem mori potius quam illo modo ser-
3 vitutem subire. Itaque vino ex omni vindemia Iovi
publice voto consecratoque Latini urbe eruperunt fu- 20
soque praesidio interfectoque Lauso Mezentium fugam
4 facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiam so-
cietatemque Latinorum impetravit, ut docet Lucius
Caesar libro primo, itemque Aulus Postumius in eo
volumine, quod de adventu Aeneae conscripsit atque 25
5 edidit. Igitur Latini Ascanium ob insignem virtutem
non solum Iove ortum crediderunt, sed etiam per di-
minutionem declinato paululum nomine primo Iolum,
dein postea Iulum appellarunt; a quo Iulia familia
manavit, ut scribunt Caesar libro secundo et Cato in 30
Originibus.
- 16 Interim Lavinia ab Aenea gravida relicta, metu ve-